

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Ioachimi Langii Institvtiones Stili Latini, quibus non solum
de Natvra, Adivmentis, Diversitate, Variisqve Stili Generibvs
Ac Regvlis, presse agitur ...**

Lange, Joachim

Berolini, 1711

VD18 10471499

Membrum II. De Oratione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-189842

ius illustre dictum aut factum sub finem, *propositionis* loco, subiicitur.

§. XII. *Paraphrasis* propositum thema ratione subiecti & prædicati explicat.

§. XIII. *Ætiologia*, seu *causa*, veritatem propositionis probat.

§. XIV. *Amplificatio* per quatuor reliquas instituitur partes, scilicet per *Contrarium*, *Comparatum*, *Exemplum* ac *Testimonium*. Quibus tandem additur *Conclusio*.

Not. 1. Non opusest, ut singula semper ad sint argumenta, aut eodem ordine locentur.

2. Aptas connectendi formulas suppeditabit meditatio, exemplis non nullis, a docente propositis, excitanda.

Membrum II.

DE

ORATIONE.

§. I.

*O*ratio, inprimis *scholastica*, est multarum Chriarum complexus; ideoque eius amplifi.

plicatio & connexio in Chriarum usu & amplificatione consistit.

§. II. *Partes* Orationis sunt *quatuor*: *duæ primariæ*; sed ratione quantitatis admodum impares: *Propositio* & *Tractatio*: *duæ secundariæ*: *Exordium* & *Conclusio*.

§. III. EXORDIVM auditores præparat ad orationem cum attentione atque benevolentia audiendam, & habet secl ad propositionem, ut *antecedens* ad *consequens*.

Desumitur vero Exordium a materia cognata, a causa ad dicendum impellente, a variis circumstantiis personarum, loci ac temporis, nec non a testimonio sive illustri aliquo proverbio, aut insigni sententia, in modum chriæ tractanda.

§. IV. PROPOSITIO totius orationis summam indicat: quæ cum non raro diversa contineat membra, accedit *partitio*, qua ea apte & ordinate distinguuntur.

Not. I. Exordio subiici solet aperta, sed modesta, *attentionis* ac *benevolentia* *captatio*.

2. Thema tractandum est (a) vel *indefinitum*, quod aliquid generatim & indefinite sine circumstantiis proponit, v.g.

Lingua.

Linguarum notitia est utilisissima.

Vel definitum, quod rem certis circumstantiis definitam proponit, v.g.

Linguarum, imprimis sacrarum, notitia Theologo est utilisissima.

(b) vel simplex, de re quadam simplici, v. g. *quid sit vera eruditio*; vel compositum de integra propositione, v. g. *an eruditio vera omnibus hominibus sit necessaria.*

§. V. TRACTATIO propositum The-
ma apte & ordinate per argumenta deducit;
unde, quod sunt argumenta, tot locum ha-
bent Christiæ.

§. VI. Secundum veterum placita, qui
certa causarum, seu thematum, genera con-
stituerunt, *Tractatio* est vel *didascalica*, vel
demonstrativa; vel *deliberativa*; *Judicialis* non
est huius loci.

§. VII. *Tractatio didascalica* quæstio-
nem docendo perspicue explicat per defi-
nitionem, causas, effectus, subiecta, adiuncta,
comparata, contraria, exempla ac conveni-
entes circumstantias.

§. VIII. *Tractatio demonstrativa* versa-
tur in laudandis aut vituperandis rebus, aut
personis,

Personæ

Personæ laudantur, aut vituperantur, ob bona aut mala animi, corporis ac fortunæ, per singulas ætates, earumque status diversos, evolvenda. Non invenusta hic est brevis ad locum communem digressio.

Res laudantur, aut vituperantur, ductis argumentis

ab *Honesto*, s. *aquo*.

a *Turpi*, & *iniquo*.

a *Iucundo*.

a *Molesto*.

a *Facili*.

a *Difficili*.

a *Necessario*.

a *Necessaria fuga*.

ab *Utili*.

a *Damno*.

Not, Quibus argumentis multæ res peculiare, v. g. *animalia bruta*, *plantæ*, *regiones*, *urbes*, *locæ*, *edificia*, *flumina*, *fontes*, *montes* &c. laudari, aut vituperari, possint, partim viva docentis *institutio*, partim discantis *meditatio* docebit.

§. IX. *Tractatio deliberativa* [seu generis deliberativi] versatur potissimum in *suadendo*, aut *dissuadendo*, in *hortando*, aut *dehortando*. Huc refer eadem tractationis demonstrativæ argumenta. Etenim quæ laudationi ac vituperationi conveniunt, etiam *suasioni* ac *dissuasioni* apta sunt.

L

§. X.